



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De vnitate Ecclesiæ. tit. 183

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Tertiò, obedire igitur verbo Dei Catholico & approbaro, oēs prælari Ecclesiæ, & tota Ecclesia, atque Christus præcipit Matth 18. Nā Ecclesia non agnoscit pro verbo Dei errores condēnatos, cui Christus dedit potestatem ligandi & soluendi, Mat 18. Ioan 20. sed quid est ligare & soluere? est nedum peccata dimittere, sed est & obligare ad obedientiam in traditionibus, serijs, ieiunijs, &c seruandis. Sic solui mur à Iudaicis legibus & cæremonijs, & quoniam Deus hæc approbat hic, etiam soluta aut ligata debent esse in cælis. Ideo videant contemptores, falsi glossatores, &c. t. Thess. 4. Scitis quæ præcepta dederim vobis, &c. Ita que qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deū, qui etiam dedit &c.

DE VNITATE ECCLESIAE.

TITVLVS CLXXXIII.

RIA sunt notanda. Primò, quòd sola vna est Ecclesia Catholica. Secundò, Cur Deus sic vult solam vnam habere Ecclesiam, inter tam multos homines super terram. Tertiò, Quis fructus & utilitas existentibus in vnitae Ecclesiæ.

De primo dicit Apost. Ephe. 4. Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis, quoniam vnus spiritus &c. Ioan. 10. Erit vnum ouile & vnus pastor. August. Epistola 170. Nulli hominum ignorare licet, sed oēs hæc scire oportet ad salutem. Primò, quòd sit sola vna Ecclesia Catholica. Qui enim ignoscat hoc, vel credere non vult, hic errat in articulo fidei, Credo vnam Ecclesiam Catholicam, id est, generalem. Hic errant omnes sectarij in hoc articulo fidei. Secundo, oportet scire, quòd hæc Ecclesia est sparsa per totum orbem, Psalmo 112. A Solis ortu vsque ad occasum, Matth. & Marc. vltim. Euntes in mundum vniuersum, &c. Ideo specialis secta non est Catho-

E E c 4 lica.

lica Hæc est vitis, quæ palmites extendit per totum orbem, Ioan. 15. Tertiò, oportet scire, quòd licet Catholici versentur inter malos, zizania sint cum tritico, nullum tamen alterum contaminat, si non accesserit consensus in perfidiam, sicut zizania vel palea non contaminat triticum &cæt. Matth. 13. Nedicas, Aue hæretico Fides res spiritualis est.

Secundò, Cur Deus vult vnã Ecclesiam Catholicam, causa est concordia & conformitas: vult vt sit vnus adunati in dilectione & vnitãte, sicut membra vnus corporis, 1. Cor. 12. vt illa non dissideant mutuo. Christus enim ideò venit in mundũ, vt vnitãte faceret, in vnum congregaret dispersas oues, Ioan. 11. Ephe. . . Fecit ex vtroque vnum Ideò Apostolus 1. Cor. 3. Per nomen Domini nostri Iesu Christi rogantur, ne sint in nobis schismata. Grauius peccat, qui schisma facit, vt Numer. 16. & 3. Reg. 14. cum Ieroboam, &cæt. Et qui circa vnitãtem manent, maxime Deo placent, Tob. 1.

Tertiò, Fructus & vtilitas hominis Catholici primus est, quia fides sua in Christum, Deo placet, Augustinus Episto. 48. Multi putant nihil interesse, vbi Christus teneatur, intra an extra Ecclesiam, id est, vnitãtem, sub lecta, an sub vnitãte Deus colatur, modo Deus honoretur. Sed hoc falsum est, alioqui Apostolus non rogasset patrem, vt vnanimis & vno ore, &cæt. Roman. 15. Et Christus frustra orasset patrem Ioan. 17. vt vnum simus. Non idem est, orare PATER NOSTER in vnitãte & charitate, & extra. Non idem fuit sacrificium Cain & Abel, Genes. 4. Ideò inquit Christus Matthæi. 5. Vade reconciliari fratri tuo. Secundus fructus est, quia Catholica vnitãte retinet acceptam gratiam baptismi, Eucharistia, orationis, bonorum operum. Augustinus. libr. 1. contra Donatistas capit. 1. . Quicquid attulit boni sacramenti sanctitas, eodem momento tollit labes schismatis.

patris. Et contingit sicut seruo illi nequam, Matthæ.
 & qui illicò amisit acceptam gratiam regis, quia no-
 uit commisereri conserui. Labes ergò schismatis tol-
 lit gratiam acceptam. Tertius, Pluris est vnitas & cõ-
 cordia, quàm Eucharistia vel etiam baptismus. Bap-
 tismur in vnum corpus, primò Corinthiorum. 12.
 Communicando efficitur vnus panis, 1. Corint. 12.
 Penitentia reconciliamur Deo & proximo, Ioã. 20.
 Quorù remiseritis peccata: sed nunquid remissio est
 in odio? Omnia ergo sacramenta propter vnitatem
 sunt instituta. Ergo qui non habet illam, ei sacramen-
 ta sunt medicina sine fructu. Summa, Nihil Deo pla-
 cet extra vniõnem, 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidẽ
 &c. Ideò Epistola 165. Si angelus de cælo &c. Salubri-
 us est, mori in vnitatem Catholica sine sacramento &
 cæt. Non ergo retinet efficaciam sacramenti, qui re-
 cedit ab Ecclesia.

Sathan non multum curat, quid credas, & tua sa-
 cramenta, cæremonias, omnia illa non multũ impu-
 gnat, sed quatenus destruat vnitatem, & te extra il-
 lam locet, &cæt. tunc enim scit tibi nihil prodesse, 1.
 Cor. 13. Si habuero omnem fidem, &c.

SCIRI ESSE VNAME CCELE-
*siam Catholicam, omnibus est
 necessarium.*

TITVLVS CLXXXIII.

Primò, August. Epistola 170. Esse vnam
 Ecclesiam diffusam per totum orbẽ ter-
 rarũ, nulli ignorare licet: nam qui hoc
 ignorat, articulum vnum fidei ignorat,
 Credo vnam Ecclesiam Catholicã. Qua
 re non sufficit dicere simpliciter, Credo in Chri-
 stum: sed dicendum, Credo in vnitatem Ecclesiæ in
 Christum. In hoc articulo fidei deficiunt sectæ om-
 nes